



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Instrvctio R.P. Ignatii Balsamonis Societatis Iesu,  
Theologi. De Perfectione Religiosa, Et De Vera Recte  
Orandi & meditandi methodo**

**Balsamo, Ignazio**

**Coloniæ Agrippinæ, 1612**

IX. Patrem habent spiritualem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48888](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48888)

Proponat, eorum mores exprimere, ac vestigijs inhxerere studeat, exemplo boni pictoris, qui elegantem aliquam imaginem deliniaturus, non rude & impositum sibi exemplar proponit, sed omnium quod reperire potest pulcherrimum atque perfectissimum: idem quoque iudicium religiosus in optimorum imitatione adhibebit.

3. Euitabit omnia temeraria iudicia de aliorum actionibus & imperfectionibus.

4. Cauebit ne in aduersitatibus & tentationibus animum abijciat: sed meminisse debebit, se idcirco vitam monasticam amplexum esse, vt in presenti vita, omnia quæcunque sibi possent accidere aduersa pro Dei & Saluatoris IESU Christi amore volens libensque toleraret.

---

DOCUMENTVM IX.

*Religioso necessarium esse monitorem  
& Patrem spiritualem.*

Quan-

**Q**Vandoquidem spiritualis vi-  
 cæ semita, difficilis, ardua &  
 periculorum plena, tentationibusq;  
 & illusionibus in primis obnoxia est  
 & S. Hieronymo affirmante, *Nulla* *Hieron.*  
*ars sine magistro discitur: nedum ea* *ad Rust.*  
*quæ reliquas omnes difficultate su-* *de mo-*  
*perat; ne Religiosus à Sathana circū-* *nach. in*  
*ueniatur, ne uè ad dexteram aut sini-* *stitus.*  
*strâ declinet, necessarius est illi Pa-*  
 ter spiritualis, vir prudens, & in re-  
 ligionis palæstra exercitatus, cui cō-  
 municet & delegat non omnes mo-  
 dō tētationes ac difficultates occur-  
 rentes, verum & austeritates quibus  
 se affigit, quin & dona cœlestia quæ  
 diuina benignitate percipit: adeoq;  
 in omnibus actionibus suis illius  
 consilio & ductu se perinde atque  
 quem dirigi & gubernari patietur.

Et quoniam homo in his quæ ad  
 semetipsum pertinent, vt plurimum  
 ob nimium sui amorem cæcutit, cla-  
 riusque alienos quàm suos videt de-  
 fectus, dicente S. Bernar. *Melius videt* *S. Bernar;*  
*nos oculus alienus quàm noster: ne Re-*  
 ligio.

Religiosus si à nemine de suis defectibus & imperfectionibus admoneatur, in illis consenescat, alicui ex fratribus suis sibi maximè charis, hoc monitoris officium delegabit, eumq; rogabit, vt liberrimè in vera charitate, omnia quæcunque viderit, audiverit, animadverterit, in se, in cõversatione, in moribus suis, Religiosũ haudquaquam decẽtia edicat, vt deinceps ea corrigere & euitare possit. Huic autem semel vt minimum in mense, aut etiam crebrius, prout ei visum fuerit, aures adhibebit. Munus namque & officium verorum amicorum est, mutuam hanc admonitionem impendere. Modus hic non tantum ad vitam ex virtutis præscripto instituendam, verumetiam ad sapientiam acquirendam, vti Ethnicos quoque Senecam, Galenum, & alios non latuit, elegantissimus est.

